



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Imitatione Christi**

**Thomas <von Kempen>**

**Antverpiae, 1607**

Quòd humilibus insistendum est operibus, cùm deficitur à summis. 51

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48701](#)

8 Falluntur sæpè hominum sensus  
in iudicando: falluntur & amatores  
sæculi, visibilia tantummodo amando.  
**Quid est homo inde melior**, quia re-  
putatur ab homine maior? Fallax fal-  
lacem, vanus vanum, cæcus cæcum,  
infirmus infirmum, decipit dum exal-  
tat: & veraciter magis confundit, dum  
inaniter laudat. Nam quantum vnu-  
quisque est in oculis tuis, tantum est,  
& non amplius, ait humilis sanctus  
Franciscus.

## C A P . L I .

*Quòd humilibus insistendum est operibus,  
cùm deficitur à summis.*

Dñs.

1 **F**ili, † non vales semper in feruen-  
tiori desiderio vittatum stare,  
nec in altiori gradu contemplationis  
consistere: sed necesse habes interdum,  
ob originalem corruptelam, ad infe-  
riora descendere: & onus corruptibilis  
vitæ, etiam inuitè, & cum tædio, por-  
tare. Quamdiu mortale corpus geris,  
tædium senties, & grauamen cordis.  
Oportet ergo sæpè in carne, de carnis  
onere gemere: eo quòd non vales spi-  
ritua-

ritualibus studiis, & diuinæ contemplationi indesinenter inhærere.

2 Tunc expedit tibi ad humilia & exteriora opera configere, & in bonis actibus te recreare: aduentum meum & supernam visitationem, firma confidentia expectare: exilium tuum, & ariditatem mentis patienter sufferre, donec iterum à me visiteris, & ab omnibus anxietatibus libereris. Nam faciam te laborum obliuisci, & interna quiete perfungi. Expandam coram te prata Scripturarum, ut dilatato corde, currere incipias viam mandatorum meorum. Et dices: Non sunt condignæ Rom. 8. passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

## CAP. LII.

*Quod homo non reputet se consolatione dignum, sed magis verberibus reum.*

**D**omine,\* non sum dignus conseruus. solatione tua, nec aliqua spirituali visitatione: & ideo iustè tecum agis, quando me inopem & desolatum relinquis. Si enim ad instar maris lachrymas fundere possem, adhuc

con-